



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo**

**Galeottus <Martius>**

**Basileae, 1517**

Svpercilia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31834**

GALEOTTI MARTII NARN.

# •SVPERCILIA•

Supcilia.



NFR A frontem sunt supercilia sic uocata, quoniam cilio superposita sunt. Plinius undecimo naturalis historiae. Extremum genae superioris antiqui cilium uocauere. Vnde & supercilium.

Sed quoniam his annuimus, his negamus, mobilia enim sunt, partemq; animi nostri indicant, ideo supercilium interdum fastum ac superbiam, plerumq; grauitate insinuat. Vergilius in priapeis.

Conueniens Latio pone supercilium.

Supciliū  
pro fastu  
& graui  
tate, qua  
re:

Id est, grauitatem, Iuuenaljs,

Si cum magnis uirtutibus affers

Grande supercilium, & numeras in dote triumphos,  
Pro fastu & superbia. Quamobrem etiam pro eminentiori  
loco ponitur. Vergilius in Georgicis.

Ecce supercilio diuosi tramitis undam  
Elicit.

Hieronymus in libro numeri. Illo mortuo in montis supercilio, descendit Moyses cum Eleazaro. Sed qui prominenti Sillones. bus supercilijs sunt Sillones dici putat Nonius a Silleno, is enim hirsutis supercilijs fuisse tradit'. Et in his quoq; mores cilijs, hominū depreenderunt physiologi. Nam supercilia quibus minimum porriguntur in rectum molles, quibus iuxta nasum flexa sunt austeros, quibus iuxta tempora inflexa derisores, qui Supcilia bus in totum demissa maliuolos & inuidos significant. Sed in tutela supercilia in tutela Iunonis esse dixerunt veteres. Nam Iunonis. his oculi proteguntur per quos luce fruimur, quam Juno Iuno, Lu tribuit, unde & Lucina dicta est. Interstitium supercilia cina.

Supra



DE HOMINE EXTERIORI LIBER PRIMVS. 5

supra nasum disterminās (quare sine pilis ut plurimū esse  
consuevit) glabra siue glabella nominatur. Martianus Ca Glabra.  
pella in primo. quarum una de osculata Philologiæ frontē Gabella  
illīc ubi pubem ciliorū discriminat glabellæ medietas. Gla Glaber.  
ber em̄ sine pilis dicitur. Vnde facetiarū suarū memor Plau Locus  
tus in Aulularia dixit. Tu istū gallum si sapis glabronē red  
des mihi. Gallus gentē & pullum significat. & Glabronum Gallus.  
familia Romæ erat. Vnde Accilius Glabrio uir Romanus Glabrio.  
fuit. Hic sermo uidebatur insinuare, ut ex Gallo Romanū familiā.  
faceret, cū diceret, ut depilaret pullum, glabrumq; redderet.

• NASVS •

**A** Glabella initium sumit nasus, ibi q; summum nasi Nasi ini/  
est. ubi uero dilatatio in nares se fundit, imum na tium.  
si dixerunt ueteres. Suetonius. iij. de duodecim cesa Sūmūna.  
ribus, cum de Augusto loquitur, Mediocres aures, nasum Imū nasi.  
a summo eminentiorem, ab imo deductiorem. Sed nasus  
pro signo uituperationis ponitur. Nam ita Plinius in proe Nasus p  
mio naturalis historiæ. Quod si hoc Lucilius, qui primus signo, ui/  
condidit stili nasum legerit, quasi abusionem & uituperati tuperatio  
onem reputabit. primus enim satyricum carmen cōscriptis.  
in quō utiq; uituperatio uniuscuiuscq; continetur. Nasus au  
tem dixit quasi uituperationis signum, hactenus Plinius.  
quod profecto non mirum est. Nasus enim sagacem sapien  
tiam recte repräsentat, sumpta trāslatione ab animalibus.  
nam canes & uultures olfactu inquirunt, & quædam ani  
mantes sola odoratione suos ab alienis discernunt. Sapiens  
igitur & cautus est, qui odoratu abstrusa quoq; intelligit.  
Martialis. Non cuicunq; datum est habere nasum.

b hoc est

